

I. N. I.

Colossus Anagrammaticus,

qvem

ex immortalibus

NOMINIBVS ILLVSTRIS

ad Albim

ACADEMIAE,

&c. &c. &c.

A. O. S. clo I^oc C III.

6. ante Non. Octobreis
in procinctu
erexit
memor beneficiorum

M. Daniel Iesslensky de kis Iessen,
Poëta L. C.

VITEMBERGAE,

Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

Intemeratae Pietatis
M A T R I ,
doctrinae purioris
VIRGINI , NVTRICI ,
VITEMBERGENSI
ACADEMIAE,
primo quidem
animae,
(DOMVI SAXONICAE)
eiusque
facultatibus,
(PROTO - SYNEDRIO DRESDENSI)
deinceps
corpori,
(ACADEMIAE)
ubi
Capiti,
(PRO-RECTORI MAGNIFICO)
peræque ac reliquis,
cum
primariis
(ORDINARIIS)
tum
secundariis
(EXTRA ORDINEM)
membbris
(PROFESSORIBVS)
sacrum esse voluit
Matris maxime annosae
Filius biennio maior
adloc.

I.

Fridericus Augustus, Saxo, Rex Polonorum.

Ava^{ge}.

Rex providus, felix, magnus, carus suo toro.

Si bene providus est, qui culmina quaerit honorum,

Qui invenit, felix, magnus at illa tenens.

Hic Rex est felix, quia providus, et quia felix,

Magnus, ob idque suo carus adusque toro.

II.

Fridericus Augustus, Dux Saxoniz, Elector Imperii.

Ava^{ge}.

Fax Lechis, decus Saxoniae, durus terror impii vivet.

REX vivet, durus terror qui est impii, et hostis,

Splendida fax Lechis, Saxoniaeque decus.

III.

Fridericus Augustus,

Ava^{ge}. in Vers. fluens.

Virtus fusa Regis.
Ducis.

Virtutem, in sobolem transire in semine, Patris
Cernimus exemplo, PVSIO MAGNE, Tuo.

In TE quippe Ducas Virtus est fusa Parentis,

Et Regis terrae Sarmaticique throni.

IV.

Fridericus Augustus Secundus, Dux Saxonius.

Ava^{ge}. vers.

Venus, decus, fidus suis Dux, Rector unicus sagax.

Dux Magnus fidusque suis, (res mira) creari

Vnicus exigua, Rector in Vrbe cupit!

A 2

O Venus

O Venus, atque *deus!* teneris afflueſcis ab annis
(Nonne ſagax?) doctis, TE sociare, Viris.

V.

Rector Academiæ VVittembergensis Magnificentissimus.

Ave.

cari, affurgite, Cives,
Rite omnes tandem magnificetis eum.

V.I.

VII.

Samuel Benedictus Carpzovius,

SS. Th. D. *Ave. vers.*

Vir pius, almus,
Ac bene doctus.

IX.

Ioannes Georgius Börner,

I. V. D. *Ave.*

An bono Regi ſervis? ergo?

Anne bono Regi ſervis, CELEBERRIME BÖRNER?

Ergo? imo binis Regibus illud ago.

Alter in his terris; in cœlis permanet alter:

Optimus hic; ille est fatqve ſuperqve bonus.

Optimus atque bonus TE cingunt. TE meliorem

Qui negat, ille Bonus comparat usqve malus.

IX. An-

IX.

Andreas Bäier,

I. V. D. Avag.

Radians ebora.

Si Virtus ebur est, qvod re est pretiosius ulla,
 Totus eris nitidum, MAXIME DOCTOR, ebur.
 Totus eris radians ebora, illorumque colores,
 Attamen haud elephas, OPTIME FAVTOR, eris.

X.

Christophorus Schraderus,

SS. Th. D. Avag.

Christo percharus sudor.

Perbarus Christo est sudor, quem mitto, sonore
 De sudore ejus, deque valore docens.
 In sudore mei vultus sic colligo Victimum
 Donec in, ex qua sum, voce citabor, humum.
 Poena Dei est, verum grato solamine mixta.
 Quando ero humus, fines est habitura suos.

XL

Iohannes Heinricus Bergerus Pro-Rector Magni-

ficus, I. V. Doctor. Avag.

porro ductor hic unus

(Miror, significo hoc,) est bene iura regens.

XII.

Ioannes Deutschmann,

SS. Th. D. Avag. vers.

Decus manet in annos.

Singula de nobis anni praedantur eentes!
 Si verum est, iam TV nil habiturus eras.
 At color iste, decus manet hos TIBI, DOCTOR, in annos,
 Non Tua, quo valeant facta colore tegi.

Sed quo improvisæ possis imponere morti,
Pallida quae qvoniam est, pallida membra necat.

XIII.

Casparus Löscher,

SS. Th. D. Avæg. verf.

Sol carus, asper.

Est *Aſper*, quando peccantia pectora terret
Deo severo vindice;

At *carus*, quando credentia pectora fulcit
Deo benigno iudice,

LÖSCHERVS SVPERINTENDENS GENERALIOR, ut *ſol*
Inter minora fidera.

XIV.

Philippus Ludovicus Hannekenius,

SS. Th. D. Avæg.

Vnus vis pelli, ac non uſu decipi

Vnus vis pelli, TV, VIR VENERANDE, per illos,
Qveis mundus nomen de Pietate dedit.

Ac non vis uſu foedari aut decipi eorum.
Sic vis, et non vis: Paulus habendus eris.

XV.

Iohannes Georgius Neumannus, Sacro Sanctæ

Theologia Doctor. Avæg.

Sit hoc, hoc sanus nolo negare,
Egregius sane vīctor ovando manet.

XVI.

Godofriedus Straussius,

I.V. D. Avæg. verf.

Radius TV, fors ego ſidus.

Si quis, ſe, veluti *radius*, ſplendore dicat.
Sum, TV *Strauß*/ dicas, *fors ego ſidus*, adhaec

Dum

Dum vivam; eclipsi quando submergar in atra,
Lucidus auricomī solis adinstar ero.
Nam qvi ad Iustitiam, veluti sacra pagina signat,
Rite monent, illos praemia tanta manent.

XVII.

Casparus Henricus Hornius,

I. V. D. Avazg. vers.

An succus es Iuris? paror.

Annon es succus Iuris, CELEBERRIME DOCTOR?
Forfitan HORN, cornu copiae habendus erit?
Sic equidem. Sed ne repoter Suffenus, id esse,
(Suadet * Aristoteles dicere) dico: paror.

* Doctor est,
qui quod
scit, abscon-
dit, quam,
qui quod ne-
scit, patet a-
cit. Ifstud an-
nulo inscri-
ptum Ari-
stoteles ge-
flasse tradi-
tur.

XIX.

Gottfriedus Suevus,

I. V. D. Avazg.

Totus ego fidus, verus.

Iurisprudentes, perdentes iura, vocantur,
Qvod perdant verum, et post mala facta, fidem.
Totus ego fidus, totus quoque Verus honoror.
Se, quisque, an valeat dicere tale, probet.
Iurisprudentes, prudentes, iure vocentur.
Prudentis, vitam hac arte probare suam, est!

XIX.

Ioannes Balthasar VVerner,

I. V. D. Avazg. vers.

Es elaborans, iura ne ruant.

Si, ne lapsa ruat, servans rem, plura mereri
Potest adinventore proprio,
Inventor Iuris cedet TIBI iure, PROFESSOR.
Es elaborans, iura ne ruant.

Qvod si



Quodsi Iustitiae dederis: ne corruere, nulli
Concedo terminus; TIBI applies.

XX.

Ioannes Godfriedus Bergerus,

M. D. Avæg. vers.

Aegris bono, vires fui reddens.

Vive, precor, multos, EXCELLENTISSIME, in annos,
Si moriere, TVO hoc inscribe anagramma sepulchro.
Magnum ibi Galenum Lector latitare putabit.

XXI.

Christianus Vater, Medicinæ Doctor, iam bis Re-
ctor Magnificus.

Avæg.

orbi mira indico: factus

HIC certo medica MAGNVS in arte VIR est.

XXII.

Paulus Godofried Sperlingius,

M. D. Avæg.

- - - pus languoris depurgo fidelis.

Pvs ego languoris, quando depurgo fidelis,
Sano, si effectus, causa abeunte, perit.

XXIII.

Georgius Gvilielmus Kirchmaierus, Decanus,

Græc. L. P.P. Avæg.

en illa

Dico: Vir Summus, Graecus hic egregius.

XXIV.

Michael Strauchius,

Sup. Mathemat. P.P. Avæg. vers.

Hic Mathefi clarus.

Clarus

Clarus hic est Matheſi; ſed clarior, absqve Matheſi,
Quando iacens, tenebras, morte, ſubibit, erit.
Sidera, qvae excoluit navis, tunc incolet illa,
Solem cum ſtellis, non tamen aſtra, colens.

XXV.

Christianus Roehrenſee,

Ethic. P. P.

Arayg. verſ.

Ethices errores innuas.

Celebris Poëta, Graecus, Polyhiftor, et alius
Cicero profeſto, SCHVRZFLEISCHIVS, omnia gravium,
(Celeberrimorum in omni studio pene) vitia
Aperit. Fac illa TV, DOCTE PROFESSOR, Ethices
Errores innuas. Roscius alter es in ea.

XXVI.

Conradus Samuel Schurzflaischius,

Eloq. P. P.

Arayg. verſ.

Hic Nilus, ars, fructus, melos, Sūada.

Irrigat illiſtriſ vaſtum hic SCHVRZFLEISCHIVS orbem
Doctrina, ut patulos Nilus inundat agros.
Doctorum iuſte primarius ergo * Triumvir,
Ars, fructus ſtudii, Sūada melosque cluet.

Sub exitum
ſeculi XVII.
tres erant e-
rudit: al-
ter Greivius;
alter Gry-
phius. Ter-
tium non di-
co: illiſtriſ
Schurzflai-
ſchius.

XXVII.

Ioannes Baptista Roeschelius,

SS. Th. D. Phys. P. P.

Arayg. verſ.

Hic arte sapiens eſt, alio bonus.

B

Dicitur:

Dicitur: ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Arte hic est sapiens, alio bonus esse putatur
ROESCHEL PANNONIAE GLORIA PRIMA MEAE.
Qvis neget id vere, doctum, cecinisse, Poëtam?
Exemplo, tantus Vir probat illa, suo.

XXIX.

Ioannes Christophorus VViechmannshausen,
L.L. O.O. P.P.

Avayg.

Hunc, hic vir sapiens sane est humanus, honoro.

XXIX.

Georgius Friedericus Schroederus,
Log. et Metaph. P.P.

Avayg. vers.

Hic susurro res: ero fide egregius

REs laudesque suas clamose ebuccinet alter.
Hic ego ero egregius, tanta susurro, fide.

XXX.

Ioannes Gvilielmus Bergerus,
Poëf. P. P.

Avayg.

Virgilius es? non sum. Legabere.

Es virgilius MAXIME, BERGERE, POËTA?
Non Virgilius sum, neque Naso, neque Flacceus.
Testamine legabere post fata suprema
Is. Nam TVa qui metra leger, dicet aperte: EST
HORATIVS, ET VIRGILIVS, NASOQUE BERGER.

Hain-

XXXI.

Hainricus Leonardus Schurtzflaischius,

I. V. D. Histor. P. P. Avayg.

Sic chorus: Ille sui Fratris nunc Svada

ILLE sui FRATRIS nunc Suada manebit, ubique

Sic chorus illorum, mens qvibus aequa, canunt.

XXXII.

Ioannes Andreas Planerus,

Infer. Mathem. P. P. Avayg. vers.

Inanes laudasne perorans?

Qvod qvisque elatum lugubri funere vellet;

Elatum haud raro munere* laudis erat.

Sicne & inanes, TV, magna cum laude perorans
Laudas, Romani firma columna styli?

Non! verum qvi laude caret, laudare valeres?
Sed caderet, qvod stat: Fit nihil ex nihilo.

Laudes Podagre metro conclusas typis excudendas curaverat Tit.
Præ-Nob.
Dn. Francisci Justi de Neczpall
&c. Patroni maximi &c.
qvidam maiorum.

XXXIII.

Gottlieb VVernsdorfius,

SS. Th. D. P. P. ext. Ord. Avayg.

Theologus findit rus über

Theologus findit rus über et arva freqventer,
Si duntaxat homo rite vocatur, humus.

TV certe valido terram hanc proscindis aratro.

Qvam magis istud agis, tam magis illud eris.

Qvod si etiam veluti fit, proscindēris, arator,
Dente Theonis; ei crescat avena, precor.

XXXIV.

XXXIV.

Christianus VVarlitzius,

M. D. P. P. Ext. Ord. Arayg. vers.

Sanitatis rivulus Vir hic.

Rivulus in rivum, si tempestate deorsum

Decidant aquae graves, abit.

Si morbi pluerent, in rivum totus abiret

Sanitatis rivulus, Vir hic.

At mirum! plerumque solent nos tradere morti

Rivuli, sed hic neci eripit.

XXXV.

Adamus Brendtelius,

M. D. P. P. Ext. Ord. Arayg.

Addens Vrbi Salutem.

Entia Philosophi, ius ICti, in dogmata puram,

Verbi Praecones Theologique, fidem

Dant Vrbi: facili BRENDTELIVS arte, *salutem est*

Addens cum gnatis, o Medicina, Tuis.



Cur H. susque deque in anagr. habuerim.
Nomina sunt gravia haec. Qvare leve qvodque volebam
Demere, habet gravitas cum levitate

NIHIL

est

Zoilus,

Qvem dicit nihil, hunc mordetque voratque laborem.
Si labor hic nihil est, quando vorat, nihil est.



Ye 3447




Sb.

VDA17

03, 2001 Bd.






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-235319-p0016-4

DFG



AN
45
1703

I. N. I.
Colosſus Anagrammaticus,
qvem
ex immortalibus
NOMINIBVS
ILLVSTRIS
ad Albim
ACADEMIAE,
&c. &c. &c.
A. O. S. clo loc C III.
6. ante Non. Octobreis
in procinctu
erexit
memor beneficiorum
M. Daniel Iessensky de kis Iessen,
Poëta L. C.

VITEMBERGAE,
Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.